



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Valerii Andreae Desselii Erotemata Ivris Canonici

Andreas, Valerius

Francofurti & Lipsiae, 1720

I. De Judiciis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63277](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63277)

CANONICI

Per

EROTEMATA

DIGESTI ET ENUCLEATI,

LIB. II. TIT. I.

De Judiciis.

Haecenus vidimus de preparatoriis judiciorum, de quibus agitur libri primi parte posteriori: deinceps sequuntur, quae principaliter ad ipsa judicia pertinent, & quidem hoc libro secundo, quae ad ordinem judiciorum.

1. *Quid est Iudicium?*

JUDICIUM est causae apud judicem competentem legitime facta discussio atque terminatio.

2. *Quotuplex est Iudicium?*

Primo aliud est Ecclesiasticum, quod coram iudice Ecclesiastico peragitur; aliud Seculare seu laicum, quod coram iudice laico. II. Aliud est Civile, quo agitur vel in rem, vel in personam civiliter, & ad commodum privatum, de re aut mere profana ac temporali, vel spirituali.

rituali, civili annexa, aliud criminale quo agitur ad vindictam publicam & in modum publicum. III. aliud est Ordinarium, aliud Extraordinarium,

3. *Quod vocas Iudicium Ordinarium?*

In quo omnia peragi debent, certo vato ordine & solenniter; alias in aliquo, quod sit de solemnibus, iudicium redditur ipso jure nullum. Ordo processus non quidem reddit nullum iudicium, ut si testes auditi sint ante litteram testatam, sed inde recte appellatur

4. *Quod Extraordinarium?*

In quo proceditur simpliciter, plano sine strepitu & forma iudiciali non observatis ad amussim omnibus solemnitatibus & terminis judicialibus summatim tantum examinata causa

5. *Iudicium quibus constat personis?*

Judicis, Actoris vel Accusatoris, & *Clem. Sape* vocabulo Accusatoris *καταχρηστικῶς* *De V. S.* cepto pro actore; nam & accusare *c. 10. in f.* doque idem est quod agere. *Actio* *De V. S.* tionem suam proponendo agens *l. 4. C. de* citur in iudicio: Reus exceptiones *idon.* opponendo se tueri & defendere. *vel* dex inter Actorem & Reum velut

ptator est & sententia sua litem dirimit,
ipsaque disceptationes appellantur iudicia.

De Foro competenti.

TIT. II.

In hoc conflictu forensi oportet primo
Judicis persona constitui. Neque
enim cogitur Reus coram quovis ju-
dice respondere, sed tantum coram
Judice suo, quem vocant competen-
tem.

i. Quod dicitur forum competentis?

TRibunal illud, ubi Reus sortitur fo-
rum; id est, sub cuius est jurisdic-
tione; quia regulariter Actor sequi fo-
rum Rei debet.

2. Quot modis sortitur forum
Reus?

Quinque modis, videl. ratione do-
micilii, rei sitæ, contractus, delicti, privi-
legii, id est, ejus judicis jurisdictioni reus
subest, in cujus territorio vel domici-
lium habet, vel res, de qua controverti-
tur, sita est, sive mobilis sive immobilis;
vel in quo contraxit, licet alibi domici-
lium

c. Dilecti

17. § c.

ult. hoc t.

d. c. ult. §

l. ult. c.

ubi in rem

actio d. c.

ult. § c.

14. c. 13.

lium § d. c. 14.